



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche  
Haus-Angelegenheiten

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

15. Markgraf Woldemar verkauft das Land Bleckede mit Schloß und Zoll  
dem Herzoge Otto von Lüneburg für 1000 Marck, den 1. November 1308.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

dicto nostro confanguineo, tenebimus in ciuitate kriwiz centum dextrarios nostris sub expensis. Sj vero in dicto numero decem vel eciam vigintj dextrarij deficerent, illum defectum alia vice tenebimur supplere et ipse e conuerso sexaginta dextrarios nobis tenebit, vbj capitalibus videbitur expedire. Nec dictus Comes aliquam sonam iniet, aut trengas faciet, nisi nos habuerimus tria milia marcarum purj argenti et quingentas Marcas eiusdem argenti de nicolao de wenda prelibato, nisi de nostra voluntate fuerit et amore. Sj etiam prefatus Comes, aliquam municionem, quod absit perdiderit, nos proximam municionem intrabimus, nec sonam nec trengas aliquas faciemus nisi municionem suam comes rehabeat sepe fatus, nisi de sua fuerit voluntate pariter et amore. Nos vero dhignisse que de suis municionibus fiunt et predam que de eisdem rapietur diuidemus, jta, quod nos vnam medietatem tollemus, medietatem vero reliquam ipse tollet. Captiuj autem et municiones, que si dominus annuerit et fortuna arriferit capientur, per nos diuidentur secundum numerum armatorum. Item, ad primum exitum, siue trecke, eidem Comitj ducentos dextrarios adducemus. Sj eciam sonam et compositionem cum domino Episcopo hilden. inierimus, cum omnibus quos habere poterimus sibj veniemus. Infra predictos annos, ipsum Comitem proplacitabimus contra quoslibet, quem, si quoad iusticiam vel amorem, quorum posse ab ipso habere debebimus, non poterimus adiuuare, ipsi totis nostris viribus assistemus nostris sub expensis, et semper contra Tetleuum Lupum nominatum. Quod autem premissa firma maneant et inconuulsa, nos, vna cum Militibus nostris infra scriptis, sepe dicto Comitj et suis militibus fidem prestitimus manuaalem. Sunt autem Milites hij Conradus de bodensen, wernerus de Medinge senior, Gheuehardus de Monte, wafmodus de knesbeke, paridamus de knesbeke, henricus Ribe, Jordanus de hidfakere, Johannes de bodendike et wernerus de bodendike, Seghebandus de monte, filius Thidericj. Datum in villa Elringe, In vigilia omnium sanctorum, anno dominj M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>.

Nach Eubendorf a. a. D., S. 122.

15. Markgraf Woldemar verkauft das Land Bleckede mit Schloß und Zoll dem Herzoge Otto von Lüneburg für 1000 Mark, den 1. Novemker 1308.

Nos Woldemarus, de j gracia Brandenburgensis, Landeshbergensis et Lusacie Marchio, Tutorque Illustris marchionis Johannis, Omnibus ad quos presentes peruenerint Notum esse volumus, Quod nos vna cum consensu nostrj generj marchionis Johannis ac Suorum fidelium, videlicet Bernardj de plozic, Fredericj



de aluensleue, Drosickonis, Borchardj Gruwelhut, militum, Terram blekede cum Omnibus suis Juribus, Bonis et attinencijs et Theoloneo, quod ibidem habemus, vendidimus iusto venditionis titulo pro mille marcis stendaliensis argentj, Ita tamen vt dictam terram tam in Edificijs castri quam in Suis vtilitatibus alijs conuertat et disponat ad omnem vsu suum, commodum et profectum. Si autem ex hijs premissis dicto Awnculo nostro aliquod impedimentj vel intricacionis euenerit, Nos de Omnibus hijs que premittuntur warandiam facimus et faciemus, et quancunq; sibi necesse fuerit Ipsum Iuuabimus auxilio manualj contra quoslibet, qui ipsum de iam dictis duxerint inpugnandum. Vt autem hec firma et rata permaneant, Nos et nostrj heredes dicto nostro awnculo et Suis heredibus fide data promissimus et promittimus firmiter obseruari. Testes vero sunt Fredericus de aluensleue, Bartoldus, pincerna, Droyficko, Borchardus de Bertensleue, milites, et alij fide dignj. In cuius rej testimonium presens scriptum cum Sigilli nostrj appensione fecimus communirj. Datum et actum Ghifhorne, Anno dominj M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>., In die Omnium sanctorum.

Nach Subendorf a. a. D., S. 127.

16. Die Stadt Dahme erklärt sich bereit, Verwiesene aus Märktischen Städten auch ihrerseits von sich auszuschließen, am 25. Januar 1309.

Honorandis ac myre providencie viris in Berlin nec non in Colonia consulis et scabinis universitatique ibidem consules et scabini universitatisque vulgaritas in Damis obsequii promptitudinem sincero cum affectu. Tenore presencium vestre providencie declaramus publice protestando edictum habitum et progrediens per nobiles et tutores pacis terrarum nos velle inviolabiliter observare, videlicet quicumque maleficum tam spoliatorum vel exigentibus mercatis (meritis?) dignis, ubicumque locorum sub principatu illustrium principum dominorum de Brandeburck Marchionum vel apud vos proscripti fuerint, apud nos proscriptos habebimus vehementer, dummodo nomina proscriptorum in littera proscriptionis sub sigillo aliquarum civitatum sub principatu dictorum Dominorum vel a vobis receperimus manifesta. Ad majorem autem evidenciam presentes litteras appensione nostrj sigilli fecimus consignari. Hoc edictum a festo Epiphanie Domini erit duraturum omni tempore succedente. Datum anno domini MCCC. nono, in die conversionis beati Pauli apostoli.

Nach Zimmermann's Mittheilungen, Städteverf. II, 161.